Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8302
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

pertinere putabat, pacem agebat. Proelio decertare
nihil grave expertans. Seueri exercitus inuitus illuc
flumio deductus est. Reditum faciebat regionem
populatus. In euersaque Armenia incidit insequitur.
Vt uiciniora habeat, uicos et oppida incendit. Sen-
sim pedetim Ctesiphonti imminet: ubi magnus Rex
Artabanus erat. In barbaros Romani imperatores
iterum: proximum quoque offendunt. Urbem di-
ripiunt. Feminas puerosque omnes captiuos ducunt.
Rex paucis cum equitibus aufugit. Captis thesauris: di-
reptisque ornatu totaque supellectili Seueriani re-
deunt. Tanta Seuerus fortuna magis et consilio Par-
thorum victoria decoratus est. His autem rebus prospere
ac pro omnem spem succedentibus: Senatui populoque
Romano: litteras mittit: quibus sua gesta auget:
bella victoriasque in altum prouectus rettulit. Senatus
omnes illi honores atque a uiritis gentibus appellationes
decernit. Rebus in Oriente bene gestis, Seuerus
Romam uersus iter: Iuenes duxit iam ephebos.
Iter faciens, in gentibus cuncta disposuit: ut
cuique commodum postulabat: Idem in castris fecit:
quae in Mysia et Pannonia erant. Victor redit

Artabanus. Rex parthorum.

Victoria de Parthis.

Mysia. Pannonia.